

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Dvbivm I. De etymologia hujus nominis Regula, & de definitione nostræ  
Regulæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38601**

# SECUNDA PARS DE TITULO, ET ALIIS PRÆ- FATIONIBUS REGULÆ,

NOBIS AB ALBERTO PATRIARCHA HIEROSOLY-  
MITANO TRADITÆ.

*Argumentum secunda partis.*

**P**RÆMISSIS Regulis, alijsque majorum nostrorum institutionibus, antequam Alberti Regulam commentaris exponamus; opera pretium existimavus, quadam alia in hac secunda parte prælibare, que sunt veluti pafatones eorum, que in hoc opere trahenda sunt. Decrevis igitur à titulo sive inscriptione Regula inquit sumere.

Titulus autem hic initio Regulæ præfixus habetur:

*Regula Fratrum beatae MARIE Virginis de monte Carmeli.*

**S**VNT autem hæc verba non Regulæ pars, sed potius superscriptio, siue rubrica eorum, quæ in Regula continentur. Quare sicut prudenter jurisperiti, qui aliquem juris titulum explanare aggreduntur, prius rubricam, sive inscriptionem, veluti primam januam ad ceterorum cognitionem aperire consueverunt: ita nos non abs te à regulæ titulo, & inscriptione ordiemur: ut ceteris rebus, quæ in Regula continentur, maiorem lucem, ac claritatem afferamus. Igitur circa hunc titulum tota hæc introductio conversabitur primò de etymologia hujus nominis *Regula*, de Authore, & tempore, deinde de titulo beatae MARIE Virginis, quo insinuitur, de ejus (supra alias Regulas) perfectione, de scopo sive fine (quem logici objecūtum appellant,) ac tandem de ejus obligatione differemus. Hæc enim sunt, quæ circa nostram Regulam, antequam ejus litteram exponamus, præcognosci debent.

D V B I V M I.

De etymologia hujus nominis *Regula*, & de definitione nostræ Regulæ.

**N**Omen hoc quam latissime patet, & varijs acceptiōnib⁹ apud variarū artium professores gaudere solet. Quare æquivocum, & multiplex illud appellari Archidiaconus distinet. 3. Cap. *Regula*. Om̄is vero alijs significatiōnib⁹, de quibus latè tractant juris interpretētes in l. 1. deret. *jur.* & dict. Cap. *Regula*, eas tantum hoc loco adducam, qua in aliquo sensu adaptari possunt Regulæ Religionum.

*Archidiaconus* Primo igitur, ut Isidorus lib. 6. etymologiarum cap. 16. & refertur dist. 3. Cap. canon. &c. *Regula*, affīmat, id quod Latine *regula* dicitur, Græcæ *canon* nuncupatur. Est autem regula ab eo dicta, quod recte dicit, neque aliquem aliorum trahit. Alij vero, quorum Iudiciorū ibidem meminit, regulam dictam existimant, vel ab eo, quod regat; vel eo,

quod formam bene vivendi præbeat: vel quod ratione distortum, pravumque corrigit. Hæc Isidorus. expōnitur præterea regula pro brevi, & compendiosa præceptione retinat, ut colligatur ex Cap. quarto 11. q. 1. & sententia Archidiaconus, ut supra quæ Cap. acceptance omnes artes propriæ funguntur regulæ. habent enim Grammatici, Medici, Jurisperiti, &c. ac alij in suis facultatibus proprias regulas, quibus, velut quibulam suæ artis dogmatis, instruuntur, ac informantur.

Juxta has Regulæ acceptiones non incommodè Religiorum Regula usurpari potest. Et ut à prima, qua *Regula* pro *Canonone* sumitur, incipiat, non est dubium, ut hanc Regulæ cum *Canonone* affinitatem, sive ut propriis locis, identitatem, olim *Canonicos* Regulares sive appellatores à *Canonone* sive *Regula*: quia communem quandam vitæ Regulam, institutumque observabant. Ideoque *Canonici* Regulares sunt nuncupati: in quo etiam sensu canonice vivere dicuntur à Gregorio Cap. quoniam 12. questione 1. qui communem, & Regularē vitam proficiuntur. Cui etiam nominis appellationi adhæsit *Justinianus novella* 59. ubi quādam mulieres, quia communem vitam, & Regu-

*Lodo. Vi-*  
*vis. Na-*  
*yarr.*

*Duatuens*

*Canovi-*  
*Regu-*  
*laes un-*  
*de dicti.*

*Cavat-*  
*rur. foau.*

*Joá. Trull*

*Marc. 4.*

*Ad Rom. 8.*

*Psalms. 62*

*Ceteras*  
*Regula*  
*acceptio-*  
*nis, quo-*  
*modo*  
*Religio*  
*nis Re-*  
*gulae*  
*conve-*  
*nient*  
*ostendit-*  
*tur.*

*Umbre-*  
*tus.*

Regulam tenebant, Canonicas appellavit. Et quamvis Ludovicus Vives (teste Navar. Cap. cuius portio num. 2.) in hac Canonicorum Regularium nomenclatura battologiam, (hoc est, inutilem ejusdem nominis reperitonem) committi afferat: & ob Graeci sermonis imperitiam, hanc fuisse in vulgo introductam etymologiam contendat, ignorante, utriusque nominis candem esse significationem: à qua sententia non abhorret Duatus de beneficijs lib. 1. Cap. 18. quare ibi Canonicos potius fuisse dictos à Canone, hoc est, à pensione, sive annona, que ipsi pro stipendio, & mercede distinguebatur, existimat. Canonicam enim, ac ceramicam, ut ipse afferit, ordinariamque pensionem iij ranum in Ecclesia acsiebant, cum ceteris clericis non certa portio ex incertis, & contingebat oblationibus, quae fiebant in Ecclesia, contingere: quare illi Regulares Canonici sunt dicti, hi vero minimi: tamen à communis sententia, & receptione Canonicorum regulatum etymologia non esse recedendum existimo, præsertim cum cœcumenica concilia, & summi Pontifices sic passim eos appellent. Ea vero, qua opponunt predicatori Auctores, non satis caute fuisse objecta, graviter demonststrant Covatruvia, Joannes de Miravalle, Joanus Trullo, & alij apud Navarrum, ubi super alii qui facile eorum argumenta diluunt.

Primò, quia censendum non est, tot actantes vitos, tam eisdem, quam aliorum Ordinum, Græcè ac Latinè peritissimum ignorasse, canon Græcè idem esse, quod Latinè Regula. Quod qui dem, ut Navar. ait, auditor canonum annunculæ novit. Secundò solvunt, quia quando vocabula sunt diversatum lingvarum, aperte fieri solet eisdem verbis congeneratio, ut in illo Marcii 4. Abba Pater, &c ad Rom. 8. Clamamus Abbe Pater: imo in eadem lingua eisdem verbis repetito non semper Battologiam redoleat, cum fiat non raro, ut exciterit affectus: ut illud Psalmi, *Deus Deus meus: & quod Christus in cruce clamavit: Holo, Holo Lamenabarabi.* Quate in præpositio duplicata forte fuit nomenclatura, ut Regularis Canonicus, dum audit, bis se regularem appellari, magis sua Regula, & professionis obligacionem expandat. Ac tandem ultimò, dicti sunt *Canonici Regularis* ad distinctionem aliorum Canonicorum, qui eti similes, & Regulariter suo modo ex Ecclesiæ patrimonio vivant; *Regularis* tamen propriè non sunt: quia professionem monasticam non emittunt. Prædicti vero, *Canonici Regularis* propriè appellantur, quia astriculi sunt professionis vinculo, ut optimè notat Navarrus, ut supra.

Cetera vero acceptio, quæ huic voci *Regula* conveniunt, optimè quoque Religionis regulis quadrant. Nam sive *Regula* dicatur à rectitudine, qualis est illa, quæ uituntur scriptores, lignarij, vel clementiarum, sive dicatur à regendo, quo sensu diximus usurpari pro brevi in qualibet arte traditione documentorum; utroque sensu, ut egregie non avit Umbertus in *Exordio suarum narrationum in Regulam Divi Augustini* Cap. 7. monachorum institutum congruè Regula dicitur: Primò, quia sicut per regulam distorta diriguntur ita etiam per hanc normam vivendi distorti mores diriguntur. Item, sicut per illam gibbi removentur, ut patet in clementario: sic per istam gibbi superbi, & superfluiates complanantur. Item, per regulam res quadrantur, ut lapides redduntur quarterni opere quadro. Sic per Religionis regulam sunt homines quadrati virtutibus Cardinalibus, ut sint aptiores ad officia cœlesti. Item, habilitantur res diversæ, ut fiant aptæ conjunctioni in unum, ut patet in clementario.

Sic per regulam monasticam sunt diversi omnes in Domino. Item, sicut scriptor, qui de Regula non curat, frequenter distortè scribit: sic discipuli propriam regulam negligentes distortè vivunt. Qui autem secundum eam, rectissimè vivunt. Ecquemadmodum ex applicatione regulæ quandoque res, quæ videbatur rectæ, apparebat distorta, vel gibbosa, quæ apparebat plana: sic procul dubio si diligenter vita multorum sub regulâ degentium ipsi regulâ comparetur, apparebit distorta plus, quam antea credebatur. Secundo diiam modo potest dici Regula, quia sicut regulâ in atribus docet artem sciendi: sic ista artem vivendi. Et sicut per regulam regit se quis in scientia: ita per hanc in vita. Hæc Umbertus, *Ubis supra*. Quibus aperte declarat etymologiam & officium Regulae Monasticae ex comparatione ad alias regulas.

Propriè tamen, & in rigore, Regula, de qua in praefanti prefaci intendimus, definita sic rectè posset: *Regula monastica est quadam Evangelica vivendi norma ab Ecclesia approbata, qua traxi viam tendendi ad perfectionem secundum tria substantialia vota, & alias observantias proprias Religious.* Hæc est propria definitio Regule: alia vero sapientius affigenda potius sunt descriptiones quadam secundum secundum hujus nominis, Regula, etymologiam, & variam ejus acceptioem. In specie vero, adæquata nostræ Regulae definitio forte sic tradi posset: *Regula monastica est quadam norma vivendi proposita Alberto Patriarcha Hierosolymitano tradita, ab ipso, & a sede apostolica approbata, dirigens ad charitatem perfectionem acquirendam, postulatum oratione ac meditatione continua, quæ sit veluti immediatus ejus finis: deinde cellula clausura, manum labore, arctissima abstinentia, & silentio, tanquam medijs ad prædictum finem destinatis.*

Definitio  
Regulae  
Carmelitarum  
ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano tradita,  
ab ipso, & a sede apostolica approbata, dirigens ad  
charitatem perfectionem acquirendam, postulatum  
oratione ac meditatione continua, quæ sit veluti  
immediatus ejus finis: deinde cellula clausura,  
manum labore, arctissima abstinentia, & silentio,  
tanquam medijs ad prædictum finem destinatis.

## D V B I V M II.

Circa illa verba, *Fratrum B. MARIAE de monte CARMELO:* ubi differuntur, quare Religio Carmelitarum titulo B. MARIAE Virginis insigniatur.

**R**ELEGIOSI omnes Patronum aliquem, sibi status, & Regula proprium Authorum cognoscunt. Alij enim Antonium, ali Basiliū, ali Be- lend. nedictū, ali Franciscū, aut Dominicum, ut insti- tuorem, & Patrem venerantur; Carmelitæ vero JESU eis Eliam magnum DEI prophetam sibi Regulae MARIA authorum, propriè instituti Fundatorem habent (ut latius infra proficeremus) præter hunc disciplinalem Patronum, illud habet Religio hæc, ut spe- monasticae privilegium, ut sit sub patrocinio, & tutela cap. 2. & beatissime Virginis MARIAE. Nam ut in magna domo, præter Patrem familiam, matrem etiam alii in Regulam quam esse necesse est, non solum ad ginnendos li- Carmeliteros, sed ad eos deinde lactandos, & alendos: ad hæc quæ si mulier sit fortis, qualiter depinxit Sapiens, verba sibi familiæ virtutem excellit, & domestici ejus ope, Francisci & auxilio majorem utilitatem, ac solitum sentire a S. Elias solent: sic in hac nostra Religionis domo, eis primi Parentes Elias & Eliseus fuerint, oportebat tamen propriam esse matrem, quæ ad spiritualem hanc Religiosorum familiam producendam, & eandem nutriendam, & propagandam, suis virtutibus, officijs, ac meritis concurret.